

concinnatio, onis. *subs. f.* ETYM concinnare. DLAT concinnaticius. [FREQ minima 10 ^{indicia} 0,6 /d.c.m. 234-149 CATO] uocabulum scriptis litterariis narrando exponendo argumentando aptum, usibus mediis, et prosa et uersu; et technicis quandoquidem inuenitur; inde ab initiis apparet, sed saec. I aec. - II ec. deest.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	1	0,14
	exponens	1	0,34
	narratiua	8	1,5
DIACHRONICA	III-II aec.	1	2,5
	III-V ec.	9	0,95
DIAPHASICA	media	10	0,72
DIASTRATICA	litteraria	9	0,66
	technica	1	0,36
MODUS	prosa	3	0,21
	uersu	7	3,6

¶ **a** initiis ad parationem alicuius rei pertinet • comenzó refiriéndose a la preparación o confección [HYPER apparatus^a SIM conditura⁷] 234-149 CATO Agr 106.tit. Aquae marinae concinnatio. Aquae marinae Q. I ex alto sumito, quo aqua dulcis non accedit.  GLOSS 2.441.45. συμβαλλομαχία. 2.443.1. συμπλοκή. 2.447.35. συνσκευή.

cccc labentibus annis quasi bona compositio inuenitur • tras un lapso de cuatrocientos años, reaparece como el arreglo o la buena composición 208- 212 TERT Adu Val 11. munus enim his datur unum: procurare concinnationem Aeonum.

b et operis litterarii compositio • y como composición o estructura de una obra literaria [HYPER digeries^a SIM ↗compositio^c] 370 AUSON Cento 1. Centonem uocant qui primi hac concinnatione luserunt. ... Peritorum concinnatio miraculum est, imperitorum iunctura ridiculum. 368-386 AUSON Epist 11.4. caues ... ne sit tristis et dulci carens amara concinnatio.

immo quasi elegans compositio • incluso como la elegancia en la composición literaria 368-386 AUSON Epist 5. in uersibus concinnationis expertem. 370 AUSON Cento 1. illud ... de inuentione et concinnatione.

RHET uersuum structura • estructura de los versos  BASS metr 6.271. cum metra uariantur aut adiectione aut detractone aut concinnatione aut permutatione. FORTUN De metris Horatii. concinnatione: «iam satis terris niuis atque dirae»; huius enim prima caesura trochaica, sequens iambica est. PS MAR VICT Metr omn 74. per immutationem et concinnationem genera metrorum propagata.